



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Romæ ad Philosophiæ studia transit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

illa tentatione eos liberos reddiderit, atque à statuto facinore reuocauerit, sed etiam in alios Domino rē suam adiuuante, mutauerit: O miram Dei bonitatem! qui captatum venerant, maximo ipsorum bono, ab inermi adolescentे, sola diuini verbi prædicatione capiuntur, neq; inde discesserunt antequam euemerent virus iniquitatis suæ.

Iesu Christi anno Clem. VII. Pap. anno Ætatis anno
1534. II. 20.

Romæ ad Philosophiæ studia transit.

Romæ cum moraretur Philippus, venit illi diuinitus in mentem, philosophiæ se tradere; in his tamen pietatis studiū minimè negligēdum duxit; quamobrem spiritualia, quæ vocant exercitia, nulla ex parte prætermisit vñquam, vt qui fastidiret præfētia: Philosophiæ operam dabat ille, quod Deo rem gratā se facere arbitrabatur, in qua

tantos

tantos breui progressus habuit, vt
cum excellentibus in eo genere cō-
pararetur: nec tamen eo tempore,
quamquam philosophiæ deditus,
frequens orandi studium, & cōsue-
ta pietatis officia prætermissa fecit,
quinimo orationi, diuinorum rerū
meditationi multum temporis tri-
buebat assidue. Quibus rebus &
fortior se ipso in dies siebat, & me-
lior, maior enim subinde eius, vt
ætatis, sic virtutis siebat accessio:
mirum profectò dictu videtur,
quanta animi puritate, quanta-
que innocentia lubricam illam in-
ter studendum ætatem transege-
rit; Etenim apud eruditissimum
virum Cæsarem Iacomellum præ-
ceptorem suum, & Antonium Altouitum Florentiæ Archiepisco-
pum, eam probitatis, integrata-
tisque opinionem est adeptus, vt
cum ambo probi cognomine ho-
nestauerint.

In studijs accerrimo ad disputādū

præ-

præsertim ingenio præditus erat: in rebus theologicis, quas optime callebat. B. Thomæ sententiam perpetuo probauit.

A cōdiscipulis, atque collegis vnicē pro eius eximia suavitate, morum elegantia & Christiana humilitate diligebatur; nullusque erat, qui loqueretur de eo verbum malum.

Philosophiæ studijs iā grauiter, sufficienterq; instructus, adeò ab omni voluptatis illecebra liber extit, vt constanti amicorū fama virgo semper habitus sit. Et hanc quidē cum animi, tum corporis virginalē integritatem ad extremum vſq; spiritum, absque vlla labe, aut suspicio ne intactam prorsus, illibatamque, ut suo loco pluribus dicetur
à nobis, seruauit.

Iesu